

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abstinencia s
cum fonte primo

Per Symonem qui signantur,
nisi abstinentes?

Qui foris carnem afficiunt,
interius tamen fructum abstinencie non acquirunt.
Crucem igitur Domini Symon in angaria portat,
quia cum ad bonum opus
sine bona uoluntate ducitur,
rem bonam sine fructu operatur.
Symon ergo crucem portat sed in cruce non moritur,
quia abstinentes exterius per abstinenciam
corpus afficiunt,
sed interius per desiderium mundo uiuunt.

Gregorius super euangelia parte V.

Qui ergo per Simonem designantur,
nisi abstinentes
et arrogantes,
qui per abstinentiam quidem carnem afficiunt,
sed fructum abstinentiae interius non requirunt.
Crucem ergo Domini in angaria Simon portat,
quia cum ad opus bonum
ex bona uoluntate non ducitur,
rem iusti sine fructu peccator operatur.
Vnde idem Simon crucem portat, sed non moritur,
quia abstinentes et arrogantes per abstinentiam
quidem corpus afficiunt,
sed per desiderium gloriae mundo uiuunt.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.32.3
(CCSL 141, R. Étaix ed., pp.280-1, ll.115-116).